

NOBILISSIMO, CLARISSIMO AC AMPLISSIMO DIGNITATE CONSPICUO VIRO, DOMINO HEROALDO VALGRINOSÆ DOMINO, CHRISTIANISSIMI GALLIÆ & NAVARRÆ REGIS CONSILIARIO & ARCHIA-
TRO DIGNISSIMO ΕΥ ΠΡΑΤΕΙΝ.



OGITANTI mihi sæpenumero attentiusq; animo ac memoria revolventi, V amplissime, quo tandem sensu Ferneli lib. 2. de Abditis rerum causis cap. 18. Aia semen erui posse asserat, eiusq; eruendi viam ac methum ibidem edoceat (cum plantas quidem, frutices, arbores, nec non universum animalium genus fœcundum ac semine turgida passim videre sit: quo autem in locis vel quibus recessibus proliferum illud Mineralium semen delitescat, ne Lyncei quidem vel oculatissimi oculis perspicere quoquo modo queat) succurrere illico non minus modo aut alter in eam sententiam Arnaldi, Lullij locus, sed variæ & infinitæ plurimorum aliorum gravissimorum Philosophorum illud ipsum uno ore affirmantium assertiones: ita tamen primitus inter se discrepantes ac dissidentes, ut quod ab hoc dictum, ab illo negatum, quod hic constructum, isthic destructum videatur. Conquisitos igitur ac undiquaque corrasos, quos quot hac de re scripserant, tam editos quam manuscriptos, blattis & tineis etiam nū exesos, veteres, inquam neotericos auctores qua potui diligentia & assiduitate

pe